¶ Hec autem res intellecta que est unum ens reale constitutum pro actu intellectus dupliciter considerari potest uno modo absolute ut est res et per se non habitudo et unum ad intellectum et sic nulla res dicitur intencio ut homo in recto non posse consideratus uel lapis alias oporteret quod esse intencionem esset de racione talium quod est falsum Alio modo potest considerari cum habitudine ad actum intelligendi in quantum est intellecta et sic quedam habitudo ipsam consequitur que formaliter intencio dicitur et ideo super rem absolute addit rei habitudinem ad actum intelligendi sic ergo res intellecta intencio dicitur materialiter absolute autem non dicitur intencio sed res ¶ Ipsa autem habitudo formaliter dicitur intencio que cum passione dicitur intencionalitas siue passione nominis intencio qua res ipsa materialiter dicitur intencio que est res intellecta et quecunque sit siue ens reale ut homo siue racionis ut species ¶ Et sic accipitur hic intencio quo loquimur de intencione quantum ad nomina prime uel secunde intencionis

Ostendendo quid est et unde dicatur prima intencio ¶ In hoc enim quod dico prima uel secunda intencio importatur et ipsa intencio et intencionum ordo ¶ Nomina enim quedam dicuntur prime impositionis secundum grammaticam uel prime intencionis secundum logicam et que eodem modo secunde impositionis et intencionis ¶ Sed quod ergo quod ordo iste unde aliqua dicuntur prime intencionis aliqua secunde non potest sumi ex parte intelligentis quia sic species intelligitur que est per modum representatiuum secundo intelligentis esset prima intencio et actus intelligendi qui est secundum esset secunda et verbum esset tertia quod est falsum ¶ Nec potest sumi ex parte actus intelligendi quia sic si fortis primo intelligeretur et postea secundo fortis esset prima intencio et postea secunda tertio quod est falsum ¶ Et ideo iste ordo accipitur ex parte rei intellecte in quantum est intellecta secundum quod est diuersa genera intelligibilium ad quorum quodlibet terminatur actus intelligendi Nam quedam sunt intelligibilia que sunt vera entia realia que conueniunt rebus non ex parte intellectus speculatiui sed sunt ita esse in intellectu speculatiuo obiectiue primo constituto pro tali esse obiectiuo sunt res vere et conueniunt rebus alias apprehensione ut homo bos et similia in genere substancie albedo substancia et qualitas in genere accidentium ¶ Alia priuatiue ut cecitas dicitur quod si non sunt res vere tamen realiter et verantur rebus que insunt ut priuationes sicut cecitas ¶ Et hec omnia que sic rebus conueniunt dicuntur prime intenciones et nomina talium dicuntur nomina prime impositionis secundum grammaticum secundum logicum prime intencionis ¶ Alia que conueniunt rebus secundum quod sunt obiectiue in intellectu et non aliter sicut est

abstractiuum esse vniuersale generis speciei etc. Et ita dicuntur secunde intentiones et
nomina talium significatiue que sunt dicuntur nomina secunde impositionis ¶ Et
sic duo modi essendi sunt generales scilicet secundum rem et iste est primus
et secundum vocem et iste est secundus ¶ Iuxta ab istis duobus generibus intelli-
gibilium que duplici modo esse sumuntur diuisio primarum intentionum
et secundarum primarum a primo et secundarum a secundo ¶ Causa autem est quia prima diuisio
essendi est in esse rei et in esse rationis ut patet 9° metaphysice et ita etiam prima
diuisio nominum est prime intentionis quantum ad illa que habent esse in re
¶ Secunda secunde que habent esse in voce et ita patet vtrum et quid sit prima intentio
et secunda et quid nomen prime impositionis et secunde q̄ marte

Conueniunt autem hee prima et secunda intentiones in duobus et differunt
in duobus. Conueniunt primo in hoc quod sunt interiores scilicet in
tali nomine ¶ Secundo conueniunt quantum ad hoc de quo sunt quia tam secunda
intentio quam prima quantum ad illud quod importatur formaliter in cognito
nomine intentionis ens rationis quod patet videre ¶ Ista quoniam intentio ut se
ex parte intellectus non distinguatur contra esse reale immo omnis
talis intentio sit res vera et non ens rationis ut species intelligibilis
et habitus ut dictum est ¶ Intentio autem ut se tenet ex parte rei intellecte
quantum ad illud quod connotatiue et materialiter dicit non distinguitur
contra ens reale quia saltem quandoque res vera est extra animam ut homo
albedo etc. ¶ Tamen intentio prima etiam quantum ad illud quod im-
portat formaliter est ens rationis quia ut dictum est in rationes for-
maliter significat intentio ipsam habitudinem rei que consequitur ea ut
intellecta est que est ens rationis ¶ Secunda autem intentio de entibus rationis
est et ita vtraque conuenit et vtraque est ens rationis quantum ad
formale significatum. Differunt autem in duobus ¶ Primo quantum ad id
quod significatur quia prima intentio connotatiue significat materialiter ens re-
ale sicut homo ¶ Sed secunda intentio nullo modo significat nisi ens rationis ¶ Secundo
differunt quantum ad id in quo sunt. Vbi sciendum quod aliquid dicitur dupliciter
esse in intellectu scilicet subiectiue et hoc modo species actus intelligendi et scientia
sunt in intellectu sicut in subiecto ¶ Alio modo obiectiue et hoc dupliciter. Vno modo
propter illud quod est directe cognitum ab intellectu et hoc modo res extra
existens sicut homo bos etc. ¶ Et dicitur obiectiue quia est in prospectu sue
cognitionis ¶ Contingit autem aliquando quod aliqua res simul et semel
est in intellectu obiectiue et subiectiue ut cum aliquis intelligit et cogitat
de scientia in se actualiter existente. Aliquando autem est solum in anima obiectiue
et subiectiue in re extra ut cum intelligit albedinem vel lapidem. Alio modo
dicitur aliquid esse obiectiue in intellectu quia consequitur rem prout est obiectiue
in intellectu esse enim abstractum a Sorte et Platone non conuenit
homini prout est extra in re subiectiue sed solum prout est in intellectu obiectiue
quia scilicet homo est in prospectu intellectus primo obiectum cognitum non
cognito Sorte vel Platone sicut etiam in visu color et albedo
lactis obiectiue sine dulcedine subiectiue ¶ In hoc ergo differunt quia prima
intentio secunda illud significat quod nunquam est neque in intellectu neque in
re extra subiectiue sed solum in intellectu et esse obiectiue tanquam consequens
rem veram prout est obiectiue in intellectu ut genus et species ¶ Sed illud

quod imponitur nomine prime intentionis continue et materialiter est obiective et subiective in re extra ut homo lapis et huiusmodi etc.

Nunc dicendum est quid hoc nomine intentionale importetur quod descendit ab hoc nomine intentio. Ubi intelligendum quod intentionale potest accipi dupliciter scilicet essentialiter et denominative sicut aliquid potest esse quale essentialiter et denominative essentialiter ut albedo denominative ut lignum. Item est esse intentionale per essentiam alicui convenit sicut ei quod est intentionale per essentiam. Alicui autem convenit esse intentionale per participationem et denominative. Tunc accipiendo intentionale dicitur denominative de illo cuius est intentio. Tunc accipiendo intentiones que sunt ex parte intellectus sunt species intelligibiles actus intelligendi conceptus formatus vel dicuntur esse intentionalia essentialiter quia sunt intentiones rerum. Illa autem quorum sunt intentiones et quorum sunt representativa dicuntur esse intentionalia denominative. Sed notandum quod dicimus quorum sunt quia ista possunt esse alicuius dupliciter uno modo ut subiecti in quo sunt. Tunc subiectum non consueverunt denominari intentionale a talibus intentionibus ut in lapide non dicitur intentionalis ab intentione que est species et aliud que est in intellectu secundum in subiecto. Alio modo dicuntur iste intentiones esse alicuius ut obiecti et representati ad quod sunt et talia denominantur intentionalia esse a talibus intentionibus ut dicimus quod lapis bos albedo et cetera dicuntur esse intentionaliter in intellectu et habent esse intentionale in intellectu quia scilicet per magis essentiam vel secundum representationem quod est eorum intentio et ideo causa est quia talia intentiones sunt intentiones magis important similitudinem ad obiectum quod representant quam ad subiectum quod informant. Et idem est iudicium de intentionibus et illis quorum intentiones sunt secundum quod nomen intentionis extenditur ad quodcumque representativum alterius sive exemplar ducens in alterius cognitionem sicut est de specie visibili et in medio et in organo vel in speculo vel fantasmate in fantasia vel specie sensibili in sensu memoria. Accipiendo autem intentionem in intellectu ex parte rei intellecte ad actum intelligendi dicitur intentionale per essentiam vel essentialiter eo modo quo talibus entibus competit tunc essentia que non dicitur formaliter verum aliquid sed est in privationibus dicimus quod cecitas est privatio essentialiter sed oculus habet esse privatum denominative. Et intentionale denominative potest dici tunc secunde intentionis prima intentio super quam secunda fundatur quantum ad illud quod materialiter importatur nomine prime intentionis quod est res intellecta et ipsa res extra que dicitur intentio materialiter potest dici et nominari ab hoc quod nomine prime intentionis importatur formaliter. Tunc prima intentio ut est fundatum secunde sed hoc nunc potest dici denominative intentionale et ipsa res intellecta potest dici intentionale ab habitudine quam formaliter dicit prima intentio sed isti modi denominationis non sunt multum usitati etc.

De hoc nomine transcendens secundum quod transcendentia dicuntur quia immu-
tatis omne ens vel transiens omne ens. ¶ Hoc autem contingit
tripliciter. Uno modo entitate, prout deus dicitur transcendens quia nobilitate
actualitatis transcendit omne ens, et non est communis univoce vocabuli.
¶ Alio modo accipitur transcendens non ab entitate actualitatis sed a predicatio-
nis communitate, prout id dicitur transcendens quod potest predicari de omni ente. ¶ Sed
est duplex predicatio: una formalis ut homo est animal, alia denominativa
ut homo est animal, homo est species; id est quod predicatione formali predicatur de
omni ente communi quo cuilibet enti convenit propria formalitas dicitur
transcendens quia transiens omne ens vel transiens omne ens
communitate scilicet formalis predicationis. ¶ Tertio transcendentes proprie dicuntur
de illis scilicet per se ente, uno, vero, bono, re, aliquid, et est ipsum universali.
Illud autem quod denominative predicatur de omnibus et de inferioribus de primis
transcendentibus potest etiam dici transcendens, et ita hec dictio intentio
intra alias potest dici transcendentes quia hoc quod dico ens est universale
et iste modus est communis.

Universale tripliciter sumitur. ¶ Est enim universale universalitate et hoc modo dicitur
sol causa universalis respectu generabilium; deus autem est causa universalis omnium.
Alio modo dicitur universale abstractione. Abstractio autem est duplex. ¶ Omnis
enim abstractio dicitur respectu materie. Quedam enim sunt abstracta a materia secundum
esse et quamvis hec sint quedam phisica et similia intelligibiliter dicuntur
per abstractionem universalia. Alio modo est aliquid universale per abstractionem non
secundum esse sed secundum intellectus considerationem in quantum talia considerantur
absque materia. ¶ Hoc autem potest fieri tripliciter. Uno modo ut consideret aliquid
intellectus absque hac materia sensibili, puta hominem non considerando hanc for-
mam quamvis talia intelligantur cum materia sensibili in communi, et talis abstractio
vocatur physica. De sic abstractis non tamen sic excludit materiam
sensibilem in communi quia intellectus cognoscit carnibus hominem et ossibus in com-
muni, non tamen considerat eum in istis carnibus et istis ossibus. ¶ Alio modo
potest fieri abstractio ut intellectus consideret rem non solum sine hac
materia sensibili sed quod consideret eam absque consideratione sensibilis materie,
licet consideret eam cum materia intelligibili, ut potest considerare circulum sine
ere vel ligno et omni materia sensibili, sed quia circulus oportet quod sit in aliqua
materia non intelligitur sine materia intelligibili, et talis abstractio est mathematica. Tertio modo
potest aliquis intellectus considerare rem aliquam et sine hac materia sensibili
et materia sensibili simpliciter et intelligibili, et talis est metaphysica. Possumus enim intelligere
actum et potentiam sine materia sensibili et intelligibili. ¶ Hec autem abstractio non est vel
separatio sicut cultellus separat carnes ab ossibus. ¶ Sed unius con-
sideratio sine altero sicut visus considerat colorem in pomo nihil
considerando de sapore, et quia ut sic talia considerata abstracta com-
petit eis ut dicantur de multis, sed sunt in multis. ¶ Secundo est etiam abstractio
que istas consequitur que est per predicationem, prout homo est abstractum communita-
te predicationis quia predicatur de per se et plene. Universale secundum logicam dicitur quodlibet
istorum predicatorum modorum secundum quod communius uno modo et universale proprie dicitur.

quod est aptum de pluribus predicari. ¶ Ubi notandum quod licet universale est multiplex, est enim quoddam universale quod habet actu et simul plura supposita ut homo. ¶ Aliud est quod simul actu non habet plura supposita sed successive ut fenix. ¶ Aliud quod non habet plura supposita simul nec successive ut sol et luna, quorum unumquodque tamen non habeat nisi unum suppositum, potest tamen considerari sine conditionibus individualibus et scilicet sine hic et nunc. ¶ Et quamvis in aliis duobus modis dicatur universale quod aptum natum est predicari de pluribus vel simul quantum ad primum vel successive quantum ad secundum et in tertio non posset, nihilominus dicitur aptum natum predicari de pluribus quia intelligitur universale est hoc ei conveniret licet sibi hoc non conveniat in hac determinata materia. ¶ Quocumque autem modo universale sumatur semper dicitur opponi quandam ad similiter sive particulare et ideo quolibet modo universalis unus est modus particularis sicut patet. ¶ Quia enim sol habet virtutem respectu cuiuslibet generationis dicitur causa universalis generabilium, sed quia for. non habet virtutem nisi respectu plurium dicitur causa particularis. ¶ Et postea singulis modis universalium unus est modus particularium.

Secundo dicendum quod universale potest considerari dupliciter. Uno modo secundum quod natura universalis consideratur simul cum intentione universalitatis et cum intentione unitatis scilicet ut unum et idem habeat habitudinem ad multa convenienter eo abstractione intellectus. Unde oportet quod secundum hunc modum universale sit posterius ut in primo de anima dicitur: animal autem universale aut nihil est aut posterius est. ¶ Sed secundum Platonem qui posuit universalia subsistentia secundum hanc considerationem universale esset prius quia particularia secundum eum non sunt nisi per participationem universalium subsistentium quae dicuntur ydee. ¶ Alio modo potest considerari quantum ad ipsam naturam scilicet animalitatis vel humanitatis prout invenitur in particularibus. Et tunc dicendum quod duplex est ordo nature, unus secundum viam generationis et temporis secundum quam viam ea quae sunt imperfecta et in potentia sunt priora et hoc modo magis commune est prius secundum naturam quod apparet manifeste in generatione animalis et hominis nam prius generatur animal quam homo ut dicitur in libro de generatione animalium. ¶ Alius est ordo perfectionis sive intentionis nature sicut actus simpliciter est prius secundum naturam quam potentia et perfectum prius quam imperfectum et per hunc modum minus commune est prius secundum naturam quam magis commune ut homo quam animal. Nature enim intentio non consistit in generatione animalis sed intendit generare hominem.

Quantum ad tertium quod universale magis commune comparatur ad minus commune ut totum et ut pars. Ut totum quidem secundum quod in magis universali non solum continetur in potentia minus universale sed etiam alia ut sub animali non solum homo sed etiam equus. ¶ Ut pars autem secundum quod minus commune continet commune in sui ratione, non solum magis commune sed etiam alia ut homo non solum animal sed etiam rationale. ¶ Sic ergo animal in se consideratum prius est in nostra cognitione quam homo, sed homo est prius in nostra cognitione quam animal cum sit pars rationis eius.

De hoc nomine abstractum patet eius acceptio secundum premissa. Premissa distinctione de abstractione in capitulo de universali omnibus talibus

quibus di fieri tal' abstractio ipa res abstracta in quolz
modorum istorum abstractu di 2 eius oppositum pt dici concretu
¶ Sz preter illos mos d abstractuz pro opposituz ad cretu sm
moduz sig di vt abstractuz dicat 2 illud quod sigt forma
vn abstractu di qr ab alio extractuz ¶ Concretu aut qsi
contractu 2 isto qr 2 b d o m ouz inuenit concretu 2 abstr m
ut ens 2 entitas ¶ vn vl' concretu di id qd' hz naz 2 abstr m
dicit naz ¶ Et ido abstractuz hz mo m sig di qr est 2 qr mody
sig di dato qr res ead' significe impedit moduz pn ¶ Unde
z qr dato p tame ita z qr quantu ad formale sig tuz ide impor-
tetur noie abstracti 2 concreti sicud noie hois 2 huanitat
noie albi 2 albe mis tn qr modus sig di z diuss qr concretu
sigt p modu quod z 2 p modu hnt 2 p moduz concreti ¶ Ab-
stractu aut sz p moduz habiti 2 pt sn nulla rem qua dic
quod z 2 quo est hns 2 hitu ps 2 co m put de seimte pri
in illis aut ubi eet idez hns 2 hitu quod z 2 a quo z ps 2 co m
comio quo in talibus eet totu 2 ps put de seimtez pri io
het z vera deus z deitas 2 deitas z deus ut conit aute
maior in que sbe noie concreti suppo m impor 2 noie abst na

Concretu z 3 x quoddaz accntale ut albuz ¶ Et quodda
sbale sed denoiatiu ut role ¶ Quoddaz sbale no tame
dnoiatiu ut ho al' 2 hg di ¶ Oibg concretis coe z qr dent in pre
suppo m 2 p supp to reddut locucoez vera ut albu e p sorte
currente variole dispuit ho mo nihil tame z dicia qr cretu
accntale dat in pre suppo tu no ex sigto sed ex mo signifi di
solu ¶ Albu eni sola qualitate sigt ut di in pnti ¶ Concretuz
aut sbale dnoiatiu dat in pre suppo m ex significato // ptin
qr sigt aliquid quod ptinet tamqz pars ad integritatem
suppo ti ut aiatuz ptin uco ex mo sig di huanitate qr
no dicte sigt hoiez sed quadrudz suppositu cu sig et prin
pali forma sed indirecte 2 ex qsequenti ex suo mo sig di
import suppositu ¶ Concretuz aut sbale no dnoiatiu
dicte 2 p se sigt suppo m ex quo pz qr concretu sbale no
dnoiatiu pdica de suppo to p se 2 in quid ut al' de sorte
¶ Cretuz aut sbale dnoiatiu ptin denoiatiue sz dnoiatiue ccntali
¶ Cocretuz accntale p dnoiatiue de suppo to sz denoiatiue accn
tali quid aut importe noie supp ti infra patebit

Predicatu sigt rem que ab alio dici sive actu vbal
pt i d qd' di sive p copulaz verbale dica sive pt actus
verbal' vt cu dico sor e ¶ Sz hoc qd' dico cile di pdicatu
qr de sbo dici s de sorte alu aliquid di de aliquo me nte
co la verbali | id est pruz di ut cu dico sor z albus di
albedo de sorte 2 totu est albus z pruz pru aut dici
ab actu pdi hoc aut conuenit oi rei 2 oi noi qr posse pri
in aliq ppoe sive sint noia pe intecois sive 2e

Predicabile autem dicitur ab aptitudine predicandi quamuis actu non predicetur
in quo differt a predicato quod dicit actum et esse possibile querit enim
tres conditiones ¶ Predicamentum autem dicitur ordo diuer-
sorum predicatorum et predicabilium que sunt eiusdem generis et ideo omnia
predicabilia ordinata secundum sub et super in genere substancie predicamen-
tum dicitur. ¶ Predicatum dicitur in comparatione ad subiectum ideo subiectum di-
citur de quo aliquid dicitur et predicatum quod quod de alio dicitur et hoc
generaliter omnibus terminis et nominibus conuenit et sic predicatum dicitur ab actu predicandi sicut
subiectum dicitur ab actu subiciendi et subiicibile ab aptitudine ¶ Et quia predicabilia
consequuntur quedam et secundum accidentia que importantur nominibus
rationes ut equiuocum vniuocum analogum ¶ Vniuocum dicitur ...
¶ Equiuocum autem dicitur quasi equiuocans sua significata secundum albertum
et ideo equiuocum dicitur illud nomen quod est commune multis et secundum illud nomen
illorum significatorum substancia est diuersa simpliciter tamen
Analogum autem idem est quod proporcionale sicut et analogia idem est quod
proporcio. Sed analogum dicitur id nomen quod est commune multis
sed per prius dicitur de vno et per posterius secundum quandam propor-
tionem de alio uel aliis sicut ens per prius dicitur de substancia et
accidente. Hec autem proporcio duplex est in nominibus ¶ Vno modo quia multa habent
proportionem ad vnum sicut sanitas in animali est analogum ad sa-
nitatem in medicina ut ad causam et sanitatem in vrina ut ad signum
¶ Alio modo quia vnum habet proportionem ad alterum sicut sanitas medicine
ad sanitatem vrine et iste modus communitatis est medius inter puram
equiuocationem et simpliciter vniuocationem ¶ In hiis que analogice
dicuntur non est totaliter vna ratio sicut in vniuocis neque totaliter diuer-
sa sicut in equiuocis sed nomen quod sic multipliciter dicitur significat diuer-
sa secundum proportiones ¶ Vniuocum diuiditur per duas species sicut fuit equiuocum
diuiditur secundum diuersas rationes significandi ¶ Analogum autem secundum diuer-
sos modos proportionales sicut ens descendit in x predicamenta secundum
diuersos modos essendi ut patet deinde est ¶ Sed nota quod idem nomen
potest esse equiuocum vniuocum et analogum respectu diuersorum sed non respectu
eiusdem ut hoc nomen canis est equiuocum respectu latrabilis sideris celestis
et piscis et est vniuocum respectu omnis canis latrabilis ¶ Et est analogum respectu
canis viui et picti

Denominatiua dicuntur quecumque solo casu id est sola cadentia uel termi-
natione ad subiectum ab aliquo habent appellationem ut a grammatica grammaticus
Abstractum autem et concretum licet differant quantum ad materiale signi-
ficatum non tamen quantum ad formale ¶ Et ideo notandum est quod ad hoc quod aliqua
sint proprie denominatiua quatuor requiruntur primo quod conueniant in principio uocis
et differant in fine ¶ Secundo quod vnum significet per modum abstracti
et aliud per modum concreti ¶ Tertio quod conueniant in re formali
¶ Quarto quod denominans differat realiter a denominato et hec est ... in hoc
quod dico albedo et album et non quantum ad ... conditionem quod hoc
... vitare generaliter in omnibus concretis accidentium | In contr...

¶ In totet aut fbe no sit clar⁹ z qz vtro hō z hūa^tas valet
qd dubia z ¶ Cuinta gdito pt addi qp oz qp vt qz sit no^n impo
z pp hoc studiosus no dr̄ denoiatue a vtute nc turpit
a nāli po tendi tu no z no^n impotid ut pz in pnte de
co aut qd z mg pu vt de ei⁹ oppo^to g pids. dcm z p^o pabulo

Nunc dcm de noibus 2^e intetois q gueiut incple xis
z dnr de incplexis sut tame toes oibg pnts tam
fbe qp attitibus ¶ Nond g^o qr toro z z^o dra tu ves exons
in pnte possit sui z in vli qd dr̄ r^v pti^2 z in pti^1 qd
dr̄ r^v vlis ¶ Item quedaz sut gueme rei put sit uel sit
tosideratur ¶ Jdeto quedaz sut noia 2^e intetois q̄ rbus
gueiut vt tonsideant^r in vli r^v pti^2 z de istis p^o ddm
z sc^o ge⁹ z hg di Alia sut noia que gueiut rebus que
tonsideran^r in pti^1 r^v vlis sc^o indiduu q̄ sut que guem
ut rebus siue sit siue sit tonsiden^r sc^o huc pprz uel aligd
attide guenit rei siue in vli siue in pti^1 ut aiali attit ro
le z sorti attit albedo de hijs p ordine

De noibus 2^e intetois que rebus tonueniut vt tosi
deran^r in vli r^v pti^2 z hec sut 3^a gptid ad pns spec
tat. s. gen⁹ spes z dria ¶ Ista em 3^a distin fu^r importat
to^m ordine pdicabiliu z in pnto gptuz ad ea sut vtia
sc^o pz in arbore porphiriana ¶ Gen⁹ sic descbi^r gen⁹
z quod pt^r de plibus dintibus ??c ¶ Hec aut diff^o mag⁹
rei sbiecte ipi noi qp ipi intetioni z noi competit Non
em ipm no^n vel ipa inte^o pdicat^r de spe malle em dice^r
hō z gen⁹ Nichilo⁹ expositiue hec diff^o ostedit quid z
hoc no^n gen⁹ qz hoc qd dito gen⁹ e qd p^r. i. ge⁹ est sig
nificas intetoez que intetio touenit illi rei que p^r de pl
bus ??c ¶ B gmatic⁹ attipit gen⁹ put z exploratō sexo⁹
sic gen⁹ ect no atti^r hic put dic^r aliquor genealogia
tonsaguinitatis sed solu dr̄ gen⁹ intetio ut dcm z ¶ Et dui^r
in gnalissim z subaltnu ??c

Spes vno^o id z qd inebror dispo pulchra uel feda sc^o
dicit⁹ spes pami digna z imperio ¶ Alio^o dr̄ sil^do vel
sicud illa que z rppntatiua ri sicut z spes visib ??c ¶ Alio^o
spes z qd p^r de plibg ??c ¶ Et z du⁹ s. spalissia z subal
terna ¶ Alio^o ca^r a g^ro ??d dicit noia ee pmitie spei

Dr̄a ca^r 3^e s. gu^o s. qd facit diffre attite sepabili ¶ Alio^o
pp^e qd facit diffre attite sepabili siue tause^r a prio
inito ut simitas siue a prio exitio sc^o citat ¶ Alio^o
mag⁹ pp^e s. que facit altm ab alto spe^te vt rōle r^v hois
¶ 2^e dra z que p^r de spe in quale ¶ Dra est no^n eadaz
intetois que inte^o i qd no^n guenit illi rei qua inte^o
pdicale tonsidat de spe in quale ¶ Dra em licz s^m re

dicitur quid et substantia tamen quantum ad modum dicit quale ¶ Et vna et eadem differentia est diuisiua generis et constitutiua speciei et completiua differentiis
Nunc dicendum de nominibus secunde intentionis que conueniunt rebus nominum generum ut considerantur in particulari ¶ Ubi intendum quod sicut vle dicitur respectu inferiorum particularium ita particulare dicitur respectu vlis superioris hoc ergo alia respectu ad naturam communem alia ad naturam communem et ad proprietates | si ergo considerantur res in particulari ut hoc respectu ad naturam communem sic ponitur nomen secunde intentionis et vocatur particulare in quantum a natura contrahitur que natura communis in multis inuenitur. ¶ Hoc autem particulare in vno solo ¶ Si autem considerantur res in particulari respectu ad naturam communem et accidentia vel proprietates sic dicitur singulare et indiuiduum ¶ Sed indiuiduum in quantum est in se indiuisum singulare autem in quantum est diuisum ab aliis et eadem res dicitur particularis in quantum expressa a natura communi ¶ Sed quolibet istorum dicitur tam de accidentibus quam de substantiis et tam de toto quam etiam de parte
Modo dicendum de nominibus secunde intentionis que conueniunt rebus vel consequuntur res vt considerantur in vli vel particulari ¶ Sunt omnis generis hec autem duo sunt scilicet accidens et proprium ¶ Intelligendum quod rei in omni genere considerate in vli uel in particulari potest aliquid conuenire quod non est de eius substantia | et hoc dupliciter | primo sic quod non solum est illi rei sed pluribus aliis sicut albedo sortis et platonis et tale dicitur accidens ¶ Intelligendum tamen quod accidens uno modo dicitur illud quod non est de substantia rei et est in re sicut in subiecto non potens per se subsistere nec dans rei esse simpliciter sed secundum quid sicut accidentia .ix. generum ¶ Alio modo dicitur accidens illud quod non est de substantia et intellectu rei et tamen non est de rone sua quod sit in eo sicut accidens in subiecto sed potest sic alio esse et isto modo inuenitur in omnibus accidentibus communis generis substantie et accidentium | secundum primum accidens per exponens natura a natura rei | secundum dicitur accipere accidens in libro predicamentorum quando dicit quod homo accidit sibi in capitulo de relatione vnde etiam et vestitio accidit sorti et quod haec qualitas et differentia generis | secundum est nomen secunde intentionis et differt a porphyrio ¶ Qui dicit accidens est quod adest vel abest subiecto preter subiecti corruptionem In qua larga acceptione nomine substantia vocatur id cui tale quid dicitur accidere secundum ponitur inter quinque predicabilia
¶ Et obicitur dicitur quod vnum et idem nomen non potest esse prime et secunde intentionis dicitur quod primo sicut enim idem nomen potest esse equiuocum vniuocum et analogum respectu diuersorum vt prius patuit ita idem nomen potest esse prime intentionis et secunde ut patet in hoc nomine species alia significat rei proprietate simpliciter et ...
¶ Et si obicitur ex primo predicamento ergo aliud est ¶ quod verum est nulli accidit ex proposito est de primo modo accidentis et ¶ Alio modo potest aliquid conuenire considerati in vli vel particulari quod non est de eius substantia rei accidere considerati in vli vel particulari quod non est de eius ... tamen sic sibi inest quod nulli alteri vel non omnibus aliis ab eo vel saltem omnibus eius nature ut simulitas sortis et risibile homini et ista dicuntur propria ¶ Propria autem dicuntur et cetera secundum ¶ Sicut autem predicatur dicitur speciei sic et indiuiduum dicitur indiuiduari suis proprietatibus ¶ Vnde ... non sorti hec ... simpliciter parata ... proprie propria communiter omnibus homo

Quamvis tamen aliqui istarum proprietatum possint esse communes omnibus indivi-
duis diversis individuis simul acceptis non tamen omnes
simul. Verumtamen quia aliqua substantialia habent modum accidentis
scilicet dicere substantiales quamvis sint substantia vel de substantia rei tamen quia habent
modum proprium quasi accepti | ideo aliqui proprietates substantiales dicuntur
quia in aliquod quamvis oriuntur aliquid a principiis substantialibus sive speciei
sive individui ideo tales proprietates quamvis sint accidentia quia oriuntur
a principiis substantialibus dicuntur proprie res substantiales per comparationem ad il-
las que sic non oriuntur que dicuntur accidentales

Modo dicendum de nominibus secunde intentionis que solum conveniunt
predicamento et primo de hiis que conveniunt predicamento substantie secundo de aliis
[illegible] aliarum secunde intentionis rerum in universali consideratarum non varia-
tur quantum ad genus substantie et accidentis quia eodem modo dicitur genus et species | et hic dicitur
[illegible] rerum consideratarum in particulari secunde intentiones sic conveniunt particula-
ribus substantie quod non accidentium particularibus scilicet suppositum et hy-
postasis et persona quia secunde substantie que sunt res considerate in universali ma-
gis videntur significare quale quid quam hoc aliquid ut dicit
Aristoteles in predicamentis et quia in accidentibus quale quid sed magis quale quid
quam hoc aliquid significat eadem nomina secunde intentionis conveniunt univer-
salibus substantie et accidentium | Sed particularia substantie significant hoc aliquid
que sunt prime substantie non autem particularia accidentium ideo specialibus
nominibus nominibus secunde intentionis particularia substantie nominantur | Item
nobiliora sunt entia et habent nobiliorem et singularem modum
et ideo singularia nomina eis conveniunt que eorum singularitatem
in entitate et nobilitate et modo essendi possint exprimere Hec autem
sunt duo scilicet suppositum et hoc aliquid que dicuntur sic de par-
ticularibus substantie quod nullo modo de individuis accidentium | Horum autem
nominum ratio sic videri potest quia particulares substantie hoc dicuntur sub considera-
tionem | una per unum ad naturam communem cui subicitur que in illa particulare
subsistit et hac conditione imponitur sibi nomen ut suppositum dicatur
quasi sub alio positum ut sortes potest dici suppositum humane nature
que importatur in communi et in universali hoc nomine homo | Secundo hec par-
ticulares substantie aliam considerationem recipiunt non tamen [illegible] ad natu-
ram communem consideratur quod potest per se subsistere in quo differt ab acciden-
te ut quoddam completum per se hoc est esse completum et quo
differt a parte unde hec ratio totius | et ab hiis duabus conditioni-
bus individuum substantie vocatur hoc aliquid quasi per se ens vel
per se aliquid ex parte completum | Patet quid significet in quo
conveniant et in quo differant

De supposito sciendum quod dicitur quasi sub alio positum | et dicitur [illegible] con-
tra subiectum. Potest autem aliquid poni sub alio in genere substan-
tie dupliciter uno modo sicut inferius particulare suppositum superiori universali in
quo continetur nam sortes ut sortes homo ita tamen quod inferius sit
per se subsistens | Superius autem solum per inferius | Secundo [illegible]

ppa locutio de suppositis. Secundo nomen suppositi convenit solum particularibus suppositis de genere substantie. Primo loquimur hic de supposito. Illud supponitur aliquid alteri ut concretum abstracto et supponitur homo humanitati et tunc homo dicitur suppositum humanitas autem dicitur natura
Et quia tam in genere substantie quam in generibus accidentium inveniuntur concretum et abstractum et tamen in hiis quam in illis inveniuntur concretum et abstractum in universali et particulari. Secundo suppositum et nomen suppositi sic acceptum pro concreto et natura accepta pro abstracto convenit particularibus generis substantie. Unde dicimus quod Sortes est suppositum et Sorteitas natura
Convenit etiam universalibus et homo est suppositum et humanitas natura. Et idem est in genere accidentium ut album est suppositum albedo natura. Supposita autem isto modo nichil sunt nisi concreta sunt in 3 differentia sed concreta ut patet
De hoc nomine Hoc aliquid sciendum quod aliquid in exemplo de genere neutro genere est significativum entis quod quidam differentia virtute entis virtute pronominis istius scilicet hoc significatur ut significatur in individualibus. Significat ergo hoc aliquid nichil aliud est quam significare substantiam signatam et individuatam. De ista voce sunt duo primum est quod possit per se subsistere et existere et ideo ab ista voce excluduntur accidentia que non possunt per se subsistere vel existere secundum in alio et ideo non dicuntur hoc aliquid. Secundum est quod habeat esse completum per modum totius in aliquo genere vel specie. Et ideo partes quantitative ut pes vel manus in homine vel partes formales ut anima et corpus excluduntur a voce formali hoc quod est ad alias hoc aliquid hoc in intelligendum est quod dicuntur sunt in toto et quanta toti vel in toto quia de divisibili a toto vel separate ab invicem secundum essent. Unde aliquem in parte pedem manum et huiusmodi magis nominat substantias partes quam substantias primas vel secundas quia non participat naturam complete alicuius speciei
Et ideo non quodlibet dicitur hoc aliquid a duplici proprietate scilicet quia potest per se subsistere et habet esse completum in aliqua specie substantie sicut individuum. Secundo Sortes dicitur hoc aliquid et hec est propria acceptio huius quod dico hoc aliquid. Aliquando autem dicitur hoc aliquid unica proprietate scilicet ab ista que est habere esse per se subsistens licet non habeat esse completum in aliqua specie substantie et hoc modo anima que non est species sed pars speciei scilicet humane quamvis non habeat esse completum in specie determinata quia tamen a corpore separata potest per se subsistere potest dici et dicitur hoc aliquid. Et idem potest dici de partibus quantitativis separatis a toto quia tunc habent vocem totius et per se existentes ut de pede vel manu separatis et quia in utroque partibus deficit una ratio huius quod dico hoc aliquid. Ideo non ita proprie dicitur hoc aliquid de anima vel de partibus quantitatis actu a toto separatis sicut de individuis substantie habentibus esse completum in aliqua specie et potentibus per se subsistere. Et sic patet in quo differunt ista duo nomina suppositum et hoc aliquid et in quo conveniunt. Conveniunt quidem in hoc quod utrumque tam suppositum quam hoc aliquid dicitur individuum in genere substantie. Sed suppositum

dicit individuum subsistens habens esse completum in genere substantie
per se scilicet ad naturam communem que in eo est et in multis aliis reperitur. Si
hoc aliquid capiatur quantum ad duas suas condiciones dicit in-
dividuum generis substantie per se subsistens habens esse completum
in specie substantie ut Sortes secundum unam vero condicionem et sic capitur dicitur
illud quod in genere potest per se subsistere quamvis non habeat in aliqua
specie esse completum sicut anima vel unitas in nullo autem istorum
hoc aliquid dicitur scilicet ad naturam communem. Et hoc apparet quod quamvis
anima separata possit esse hoc aliquid non tamen potest esse suppositum
aliquomodo sed ei competit in coniuncto ut sit illud quo
suppositum subsistit tamquam forma partis scilicet corporis. Ex quo etiam
patet quod suppositum et hoc aliquid non dicitur de alio individuo in
generibus accidentium nec de parte aliqua individua alicuius totius in genere
substantie quia dicitur esse coniuncta toti

Ex precedentibus videtur colligi posse quod convenientia et differentia omnium nominum
significantium individuum tam in genere substantie quam in generibus
accidentium sit nominum prime intencionis sive secunde de quorum convenientia
differentia et significantia dubitatur ut cuius in uno convenit et sic dicta
scilicet particulare individuum res nature suppositum ypostasis hoc aliquid
quia aliqua istorum nomina sunt generibus accidentium et substantie sed tamen particulare
individuum singulare tamen dicuntur diversa racione. Significat licet esse particulare
dicatur per se scilicet ad naturam communem sive scilicet ad perfectionem et accidentia et quia sit
semper particulatur a natura communi excedi. Ideo ab ista duo condicione
tam in substantia quam accidentibus reperitur est hoc nomen singulare particulare.
Aliquando autem particulare habet scilicet ad naturam communem et accidentia vel proprietates
simul et penes istud scilicet sumuntur ista duo nomina scilicet individuum
et singulare sed diversa racione quia individuum dicitur in quantum est indivisum
et singulare in quantum est ab aliis divisum unum et homo divisus
collectio vel vita ab aliis singulare dicitur. Sed autem hec dicuntur
de substantia et accidentibus ita de toto et partibus. Alia autem duo
dicuntur solum de individuis generis substantie et de toto et non de parti-
bus proprie proprie nec aliquomodo de accidentibus sed differentia
sit dicitur quia particulare substantie ut habet scilicet ad naturam communem precise nominatur
nomine prime intencionis hoc nomine res nature nomine vero secunde intencionis
hoc hoc nomine suppositum in quantum subsistit et habet esse completum nominatur
hoc aliquid proprie licet aliter large dicatur de particularibus separa-
tis ut autem particulare generis substantie scilicet habet non ad solam naturam communem
precise sed ad naturam communem et accidentia vel proprietates sit tale particulare
nominatur nomine prime intencionis in omnibus substantiis ypostasis sed in substantiis
nature intellectualis propter dignitatem et nobilitatem habent specialem no-
men et dicitur persona

Nunc dicendum de nominibus secunde intencionis que conveniunt rebus

de qualitatibus quali[ta]t[er] unu[m] [et] sp[eci]al[iter] ignoto [et] difficulis q[uo]d d[icitu]r att[ri]butu[m]
q[uo]d singularit[er] d[icitu]r in divinis [et] dicit[ur] q[uod] de deo dic[untu]r att[ri]buta s[ecun]d[um]
iustici[a] sapi[enti]a [et]c[etera]. ¶ [Et] hoc mo[do] cognoscim[us] in deo a creaturis ee sapie[n]-
tiaz [et] bonitate [et] ho[nor]i [et] p[ri]ma que attribuu[ntu]r deo p[er] creatu-
ras [et] in creaturis no[n] sunt nec dic[untu]r attributa p[ro]p[r]ie s[ed] large
[et] no[m]i[ni]s extensio[n]e quia no[n] sunt ab alio sed p[er] aliud attributa
¶ Fili[us] [et]c[etera] attributa q[uonia]m [ab] alio t[ri]buatur q[ui]a tam[en] no[n] dic[untu]r
ab illo cui t[ri]buat[u]r quasi aliquid superadditu[m] p[ro]p[ri]e att[ri]buta no[n]
dic[untu]r [et]c[etera] aut attributa p[ro]p[ri]e att[ri]buta dic[untu]r ¶ Ex quo p[atet] q[uo]d [et]c[etera] di-
cit[u]r ee de r[ati]o[n]e attributi p[ro]p[ri]e dicti p[ri]mo q[uo]d illud quod dicit[u]r
attribui h[ab]eat sub se aliquod cui ut s[u]b[iect]o fiat attributio s[ecun]d[u]m
s[ecun]d[u]m attribui[tu]r hoi ¶ 2º q[uod] sit quid nobile [et] ad nobilitate[m] per-
tine[n]s sit q[uo]d melius sit h[abe]ns no[n] h[ab]ere ¶ 3º q[uod] aliquo mo[do] i[n]ve[n]i-
atur in creaturis ¶ p[rim]a co[n]ditio deficit in essentialibus et
[sub]stantie dict[is] ¶ 2a in hijs que dic[untu]r imp[er]fectionez ¶ 3a in illis q[ue]
no[n] r[e]p[er]iu[n]t[u]r in creaturis s[ecun]d[u]m eternitas ¶ S[ecun]do v[u]lgar[iter] q[uod] att[ri]butu[m]
dicit[u]r solu[m] de nobilibus qualitatibus ut sunt sapi[enti]a iusti[ci]a [et]c[etera].

Modo d[icen]d[u]m de [secun]d[u]s interioribus que m[ent]ibus [et] loi q[ue] sunt notio
[et] notionale ¶ S[ecun]d[u]m q[uod] hoc no[me]n notio a no[scen]do dictu[m] est
no[n] q[ui]a nosc[a]t[u]r s[ed] q[ui]a cognoscendi p[ri]n[cipiu]m [et] alt[eri]us [et] q[ui]a quedam r[ati]o-
nes sunt in divinis que sunt p[ri]n[cipiu]m cognoscendi divinas p[er]sonas | i[de]o
i[ste] notiones dic[untu]r de quibus cu[m] quibusda[m] alijs ut h[ab]ea[tu]r noti[ci]a
s[ecun]d[u]m q[uod] notio p[ro]p[ri]etas r[e]latio eius co[n]ueniunt [et] eius aliq[ua]li[ter] sunt eq[ui]-
ut p[ate]rnitas [et] notio p[ro]p[ri]etas [et] r[e]l[ati]o p[atr]is ¶ [Et] [com]paratur ad aliqua
dicu[n]t [et] hoc 3[bu]s p[ri]mo [com]paratur ad r[ati]o[n]ez sig[nifican]di q[uo]d sic vidi p[atet] q[uonia]m
cu[m] p[ate]rnitas in p[at]re ead[em] r[e]ali[ter] ex[isten]s sit notio p[ro]p[ri]etas [et] re-
latio tamen r[ati]o[n]e diversa q[ui]a notio in q[uan]tu[m] p[ri]n[cipiu]m formale nosce[n]-
di p[at]rez p[ro]p[ri]etas in q[uan]tu[m] soli p[at]ri co[n]uenit d[icitu]r aut r[e]la[ti]o in q[uan]tum
p[er] ea refer[tu]r ad filiuz [et] ita q[uonia]m sint idem r[e]ali[ter] tamen d[iffer]u[n]t
ill[o] [modo] q[uan]tu[m] ad r[ati]o[n]ez significatio[n]is ¶ 2º dicit[u]r q[uan]tu[m] ad ordine[m]
intelligendi q[ui]a cu[m] intelli[gi] possit ee p[ri]n[cipiu]m intell[igen]di aliquid ni[si]
sit p[ro]p[ri]um sibi ¶ S[ecun]do m[od]o eius p[ro]p[ri]etas [et] p[ro]p[ter] m[od]o r[ati]o[n]e[m] notio[n]is [et]
p[ri]mo intelli[gitu]r ut p[ro]p[ri]etas q[uam] ut notio [et] q[ui]a m[odo] est p[ro]p[ri]uz alic[uius]
rei ni[si] sit distinctio ab alijs | [et] in divinis no[n] sit distinctio
ni[si] p[er] opposit[ionem] relationis m[od]o eius r[e]lationis p[re]cedit m[od]o p[ro]p[ri]e-
tate ¶ 3º d[icitu]r q[uan]tu[m] ad nu[meru]z q[ui]a notiones sunt quinq[ue] s[cilicet] p[ate]r-
nitas filiatio spiratio [com]m[un]is p[ro]cessio [et] innascibilitas h[ar]u[m]
aut [quatuor] e[ius] or[dinis] tamen sunt p[ro]p[ri]etates q[ui]a ille sunt tamen p[ro]p[ri]etates q[ue]
uni p[er]sone co[n]ueniunt tamen ut p[ate]rnitas [et] innascibilitas co[n]-
ueniunt soli p[at]ri filiatio aut co[n]uenit soli filio [et] p[ro]cessio soli
sp[irit]ui s[an]c[t]o ¶ Co[mmun]is aut spiratio no[n] p[otes]t dici p[ro]p[ri]etas ni[si] s[ecundu]m
quid cu[m] sit duoru[m] s[cilicet] p[at]ris [et] filij ¶ Har[um] q[ui]n[que] notio[n]um [quatuor]
tamen sunt r[e]l[ati]ones s[cilicet] p[ate]rnitas filiatio p[ro]cessio [et] co[mmun]is spiratio
innascibilitas aut no[n] p[otes]t ee r[e]la[ti]o ni[si] p[er] reductionez tamen

sed negaº reduci[tu]r

sed negatio conducit #

ad genus affirmationis ut non homo ad genus hominis ¶ Harum autem communicationes [?] aliquae sunt personales et personae ¶ Aliquae sunt per se proprietates personae et personales sunt illae quae in persona et illi personae soli conveniunt et ad modum dicendi specialis personarum illarum constitutivae et istae sunt tres scilicet paternitas filiatio processio. Paternitas enim soli patri conveniunt et patrem constituit eodem modo se habet filiatio ad filium et processio ad spiritum sanctum ¶ Innascibilitas autem soli patri convenit sed patrem non constituit unde quamvis sit proprietas personae non tamen personalis proprietates autem personales dicuntur eorum scilicet innascibilitas paternitas filiatio processio ¶ Communis autem spiratio non est proprietas quia est duorum et non personalis

¶ Ad hoc enim quod aliquid in divinis possit dici notio tria requiruntur primo quod pertineat ad originem quia personae solum relationibus originis distinguuntur ¶ Secundo quod pertineat ad dignitatem quia persona est suppositum distinctum proprietate ad dignitatem pertinente. Tertio quod dicat aliquod speciale quia communia non sunt principium innotescendi sufficiens alicuius singularis

¶ Sufficientia autem harum notionum sic sumitur ¶ Hoc quod in divinis significatur ad originem potest significari affirmative vel negative ¶ Si affirmative vel dicet secundum ordinem principii ut a quo alius vel secundum rationem eius quod est a principio ut qui ab alio ¶ Utrumque autem istorum dicit originem in communi ¶ Unde neutrum potest esse notio cum vagum [?] ut dictum est. Secundum specialem modum originis qui non potest esse nisi duplex scilicet per modum naturae et per modum amoris et secundum utrumque habemus duas relationes ¶ Unam quae designat rationem principii et aliam quae designat rationem eius quod est a principio ¶ Et habemus quatuor notiones duas quidem ad modum originis naturae scilicet paternitatem et filiationem ¶ Aliae duae sunt quantum ad originem per modum amoris scilicet communis spiratio quae designat rationem principii a quo alius et est in patre et filio et processio quae designat rationem eius quod ab alio semper tamen per modum amoris et est in solo spiritu sancto ¶ Si autem pertinens ad originem significetur negative vel sunt negativo principii vel ratio eius quod est esse a principio et si negatio rationis principii non est ad dignitatem pertinens et ideo non potest esse notio ¶ Si negatio rationis eius quod est a principio vel in speciali vel in generali si in speciali non potest esse notio quia quanto affirmatio est magis specialis tanto negatio opposita habet magis de entitate et magis est communis vel generalis sit haec affirmatio est homo tamquam specialis et haec ¶ Est animal tamquam generalis magis habet de entitate haec negatio non homo quam haec non animal quia plura entia destruuntur ad non animal quam ad non homo ¶ Unde non animal destruit hominem ¶ Sed non homo non destruit animal unde haec est vera quod specialior negatio plus habet de entitate quam generalior et quanto affirmatio est specialior tanto negatio opposita habet plus de entitate ¶ Si autem negatio rationis eius quod est a principio in generali sic est negatio personalis et ad dignitatem pertinens sicut notionem patris

et erit innascibilitas per privationem nativitatis qua etiam impossibile est non esse ab alio quae etiam non competit spiritui sancto.

Quantum ad hoc nomen notionale sciendum quod sicut se habet intentionale ad intentionem ita notionale ad notionem. Sciendum secundo quod notionale est denominativum denominat autem tria primo ipsas notiones de quibus dictum est et habet est denominatio essentialis ut paternitas et filiatio dicuntur quid notionale. Secundo dicuntur actus notionales illi qui egrediuntur a persona habente notionem puta spirare notionem ut generare est actus patris et actus notionalis et filii generari. Tertio dicuntur nomina et verba notionalia nomina quidem quae significant proprietates quibus notiones sicut paternitas et verba autem dicuntur notionalia quae significant actus praedictos sicut generare spirare.

Restat nunc dicendum de nominibus secundae intentionis quae complexionis conveniunt. Primo de nominibus secundae intentionis quae conveniunt quibusdam conditionibus ipsorum complexorum. Et primo de oratione. Oratio enim est vox significativa ad placitum etc. ut dicit ... Oratio autem est genus ad omnes complexiones ... alia enuntiatio alia quaestio alia propositio etc. Enuntiatio autem quo ad ... propositio idem sunt valde sed differunt ratione. Dicitur autem enuntiatio ut absolute sumitur et enuntiatur ut homo est albus. Quaestio quae per modum interrogationis ab opponente proponitur ut utrum homo est albus. Dicitur autem propositio ut sumitur ad aliquid concludendum ut omnis homo est albus sortes est homo ergo sortes est albus. Et ipsa propositio quae dicitur propositio in quantum sumitur ad inferendum conclusionem dicitur etiam premissa in quantum in ordine sillogismi praecedit conclusionem. Dicitur conclusio in quantum concluditur ex premissis ut omne hinc disgregativum etc.

Diffinitio est oratio quid est esse significans vel indicans et differentiam naturam rei. Hoc autem potest fieri dupliciter. Uno modo per essentialia rei et datur per differentias proximas et tunc habet propriae rationem diffinitionis et sola species diffinitur. Alio modo datur per proprietates quia enim multa non habent differentias essentiales et etiam in habentibus non sunt nobis notae ... et proprietatibus accidentalibus declaramus naturam rei et tunc non habet rationem diffinitionis proprie sed vocatur descriptio et potest competere omni rei de qua potest haberi aliqua notitia. Quandoque autem ... diffinitionis ... et aliquo modo debet dari per causas ut patet 2o posteriorum. ... datur ex genere et differentia vel aliquo loco differentiae et loco generis habet rationem completam diffinitionis ...

Argumentum autem est ratio rei dubiae faciens fidem secundum Boetium in topicis. Alio modo dicitur argumentum est probativa oratio alicuius dubii. Est autem argumentum species orationis et genus sillogismi et entimematis inductionis et exempli. Argumentum dicitur tribus modis. Uno modo dicitur processus rationis a notis ad ignota in dicta diffinitione. Et quia tota processus sillogisticus

hz virtute ex medio in quo conuenit virtualiter quo tota bene
et sufficienter inde tractatur et nomine argumenti ad hoc ut quelibet
breuius pluribus fuerit narrationis virtute earum continens
et sufficienter articulo dicitur. Item in biblia sepe accipitur argumentum et
maxime in epistolis pauli. Ubi autem epistola prohemium
ponitur breuius pluribus que dicitur argumentum. Item quia per processum rationis
virtute medii et virtute luminis naturalis fit manifestatio veritatis ideo per
tractio argumento ad lumine manifestans sicut dicit apostolus ad ephesios v
quod omnia que arguuntur a luce manifestantur et ad ipsam ma
nifestationem maxime conspersum virorum. Item dicitur ut supra est dicitur que ob

Sillogismus est oratio in qua quibusdam positis aliud a positis in illo
sunt ex oratio. Dicitur tamen una oratio non unitate indiuisibilitatis
sicut punctus sed perfectionis et ordinis sicut mundus. Sillogismus
est triplex scilicet demonstratiuus. Item alius est dyalecticus vel topicus sive probabilis
et alius est sophisticus siue elenchus

Entimema est sillogismus imperfectus siue truncatus in quo manife
